

fol. 114<sup>r</sup>

<sup>1)</sup> scelerati, profugi, servi et apostate atque de vulgo innumeri se  
 sociantes nequandam quandam gentem et populum confere-  
 runt, quam ipsi societatem sive campaniam nuncupaverunt.  
 Societas vero perniciose societas breviter in tantum exerciti-  
 um, quod in diversa se agmina dividentes tam in regno  
 Francie quam et Italie atque Hispanie et circa fines Alman-  
 nie nunc hic nunc illic vastando, terras, castra et fortalicia  
 expugnando et stragem hominum plurimam faciendo  
 cunctis hominibus et principibus terrori fuerunt. Et duravit  
 illa pestifera gentis tyrannice concitata societas postea pluri-  
 bus annis, diversas terras atque regiones crudeli vastatione per-  
 currens, per iram dei non debitam ad vindictam scelerum  
 hominibus in laqueum et in flagellum divinitus preparata.

1360 mai. 8.

Tandem <sup>2)</sup> itaque anno videlicet domini 1360 intervenienti <sup>3)</sup> Rex Francie a captivi-  
 tate liberatur. in marg. cod.  
 tus inter dictos reges Francie et Anglie finaliter tractatibus  
 pacis per regem Francie datis pro sua liberatione dicto regi  
 Anglie obsidibus multis et inestimabili quantitate auri necnon  
 multis terris, dominis, comitatibus, baroniis, civitatibus et castel-  
 lis de regno Francie ipsi regi Anglie in possessionem dimissis  
 et assignatis, dictus Johannes rex Francie per Eduardum regem  
 Anglie supradictum <sup>4)</sup> a captivitate longa absolutus in Fran-  
 ciam revertitur ad regnum suum libere restitutus, cum iam  
 per quatuor annos et ultra in <sup>5)</sup> captivitate regis Anglie fuis-  
 set detentus. Et sic famosissimum illud regnum Francie,  
 quo nullum inter Christianos in fama, divitiis, gloria atque

<sup>1)</sup> apostate cod. <sup>2)</sup> supradictam cod. <sup>3)</sup> a cod.